adjuti acido sachari, quod ea ipsa mora per syrupi fermentationem generatur. Celeberr: Neumanng* praeterea demonstravit, id etiam contingere a solutione sachari saturni et aceto lythargyrij, solutionibus joris et tutiae, in aceto destillato, solutionibus zinci in spiritu nitri et salis, et solutione tartari emetici in aqua. Omnes etiam ferri solutiones, uti et vitriola** idem praestant, quod in superiori meo scripto, de contentis fontium soteriorum me demonstrasse puto, ubi et differentiam phaenomenorum, quae ex mixtione acidularum cum syrupo violarum, et cum eodem syrupo et vitriolis redundant, indicavi, unde et satis constabit, phaenomena fontis ochtensis nequaquam vitriolorum phaenomenis sed potius phaenomenis solutionum ferri, quae sine acido fiunt, respondere. Ut igitur vitriolicae substantiae viridem syrupo colorem inducant, certum est, viridem colorem aquae Ochtensis non a vitriolica substantia derivari posse.

Dubium Vtum.

Aquae, quae ochram deposuerunt, adhuc viridi colore tingunt, adeoque caussa viridis coloris non in ochra quaerenda est.

Haec propositio non penitus generaliter adstrui potest. Non sequitur, quando aquae quaedam ochram deposuerunt, illas omnem omnino deposuisse. Si vitrioli

vulg:

* Miscellan: Berolin: Tom. IV. seu Cont: III. pag: 310.

** Nolim vitio mihi vertatur, quod aliena tradam, a biis quae b. Neumanng l. c. protulit, cum ille ibi adserat, solutionem vitrioli martis syrupo violarum non viridem sed fuscum colorem inducere. Ego dixi quinque aut sex guttulas solutionis vitrioli martis syrupo viridi colore tingere. Sed syrupi violarum drachmae tres, decem drachmis aquae destil

vulgaris solutio aliquamdiu aëri exponatur, ochræ similem materiam deponet, sed multum ejus adhuc in solutione relinquetur. Deinde non omnes aquæ, aliquatenus corruptæ, ochra penitus carere dici possunt. De putrefactis aquis, ovo putrido olentibus Excl: Kellnerus id adstruere videtur, Comerc: Litter: 1738 pag: 308. An quidem aquæ ova putrida olentes, putrefactæ dici queant, hoc in suspenso relinquo. Videtur autem ejusmodi odor sulphuris potius e vinculis suis liberati, indicium esse. De hoc autem dubito, An ochræ præcipitatæ indicium exhiberi possit. Saltim nisi turbatio aquarum simul observetur, dubium restat, an ochra præcipitata sit. Nec penitus præcipitata est, aquis turbidis existentibus, unde etiam tunc syrupum violarum tingendi potes adhuc sunt. Tunsteinenses aquas olim habui, turbidas, adeoque jam corruptas. Hæ syrupum violarum extemplo viridi colore tingebant. Sed transitoria admodum tingendi vis erat, scilicet postquam ochracei flocci, in aqua hærentes, eam turbidam redelentes, ad fundum ceciderant, viridis color disparuerat. De recentibus aquis Pyrmontana, Spadana, Selterana, jam in scripto de contentis fontium soteriorum dixi, illas syrupum violarum colore viridi tingere, illumque colorem paulatim evanescere, et cum nativo comutari. In utroque casu præcipitatio ferrearum partium

dilutæ a tribus drachmis solutionis vitrioli martis saturatissimæ fusco colore imbuuntur, qui casus esse videtur, quem optimus Neumannus proposuit.

morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem utriusque volum. Pol. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & 3a febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum volatile accedere.

partium contingit, id disfine in aqua corrupta, quia praecipitatio jam inchoata fuit, lentius multo in recenti. Haec causa est, brevius aut elutius durantis viridis coloris, et citius aut tardius redeuntis nativi, et certum simul argumentum, viridem colorem syrupo violarum ab aquis corruptis reductum, non raro etiam ferro aut ochrae adscribendum esse. Praeterea largiori lubendisfine, clari aquas, quae non unam materiam continent, syrupo violarum virido colore imbuendo aptam natam. Cum tamen in Ochtensi aqua per meum scrutinium nullam aliam detexerim, proterviatis accusari potuissem, si in alia quam ochra causam viriditatis latere pronuntiassem.

Dubium VI^tum.

Quantitas perexigua ochrae, in mineralibus aquis obvia, non sufficit ad tincturam.

Praeter cognitionem eorum, quae in physica generali de divisibilitate materiae traduntur, res in chymia notissima est, multas solutiones crystallo limpidiores, aut praecipitata sistere maximi voluminis sumeque saepe colorata, aut mixtione perexiguae quantitatis liquoris appropriati saturum colorem sine praecipitatione adsumere. Solutionem auri conspicilutam, ut oculorum

acie

acie nihil amplius tincturæ discerni queat, ab admixta solutione jovis saturatissime rubrum præcipitatum dimittere res notissima est. De cupro memoriæ proditum est si in tota aquæ libra nonnisi centesima grani pars lateat, spiritum salis ammoniaci vel urinæ statim sapphirino illud prodere colore*. Quare ergo ferrum non simili qualitate polleat? Inprimis, cum neque tam exiguam ferri quantitatem requiram. Integrum enim granum terræ martialis in una libra aquæ Ochtensis adesse statui. Huc etiam facit, quod jam supra generatim de productione coloris viridis in fluidis, ex mixtione flavi et cærulei adnotavi, quo constat, parum flavi, multum cærulei requiri.

Dubium VII.

Syrupus violarum, ochra semel inquinatus, neque subsidendo neque alius rei ope pristinum colorem unquam recuperat.

Experimentum primum occassione dubii quarti N.º 1. propositum contrarium evincere potest; Modo syrupus ita dilutus sit, ut ibi propositum est, et ochra subsidet et syrupus pristinum colorem acquiret. Ad sertum igitur Excell: Kellneri eo tantum in casu locum habet, quando tenacitas syrupi impedimento est. Id vel ex eo potuerat Vir Excell: dijudicare, quod

esser

* Urban Hierne Parasceve seu prævia manuductio pp pag: 119

** Com. erc: litteraz: 1743. hebd: III. pag 22

morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem utriusque volum. Pod. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & 3ª febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum volatile accedere.

observaverat ipse, ochram tincturæ laccæ musicæ confusam post aliquod tempus subsidere, et tunc in pristino illam nitore relinquere. In hoc enim experimento tenacitas liquorum nulla est. Ceterum et hoc adnotare liceat, experimentum a me institutum non respondisse experimento Excel: Kellneri, quo tincturam laccæ musicæ ab ochra luteum colorem mutuasse scribit. Ego ab uno grano ochræ ad quinque adscendi, quæ uni unciæ tincturæ laccæ musicæ paulatim confudi, unde tandem colorem tincturæ mutatum vidi, non quidem in luteum, sed in obscure fuscum. Mutationem in viridem non expectavi, quia color tincturæ laccæ musicæ non cæruleus est.



morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem
utriusque volum. Pod. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & ad
febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum
volatile accedere.



morial de Varios simplices per Curvõ, ad calcem
vtriusque volum. Pod. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & 3a
febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolũ
volatile accedere.





De contentis fontium soteriorum.

Disputatum adhuc fuit, quæ sint contenta fontium soteriorum, et quibus præcipue partibus adeo salutares in corpore humano effectus edant, ut nullum remedium arte excogitari possit, quod effectuum salubritate illis comparandum esset. Ea tamen seculi nostri fuit felicitas, ut multa de contentis hisce comenta solidissimis rationibus tantum non profligata sint. Loca nitri, antimonii, auripigmenti, arsenici, vitrioli, jam occupant, aqua purissima, ochra martialis, sulphur, sal comune, calcaria terra, quibus plerique adhuc addunt spiritum quendam acidum, et sal quoddam alcalicum.

Spiritum acidum conjectantur ex acri aquarum sapore et odore nares feriente, ex innumeris bullulis lateræ et fundum vitri, ejusmodi fontis aqua repleti, occupantibus, et perpetuo ex fundo ascendentibus; Et quod odor et sapor evanescant et bullulæ disparere soleant, quando aqua in vase aperto aliquamdiu stetit, et quod etiam terra martialis, quæ aliquibus aquis inest, post aliquam moram sponte subsidat.

Hunc spiritum præ aliis optime in apricum traxit etiam post fata celeberrimus Hoffmannus. Ex ejus enim acredine sapor, ex ejus actione in terram, qua fons scatet, odor et bullulæ proveniunt, quæ tunc cessant, quando omnem terram sibi jungendo nihil amplius habet, in quod agat. quamdiu porro motus aquæ ab actione spiritus istius continuatur, ochræ martialis si quæ aquæ inest, illi permixta manet,

 cessante

morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem utriusque volum. Pol. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & 3a febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum volatile accedere.

cessante motu præceps casura. Hæc explicatio ex ipsa natura deprompta esse videtur, quia phænomenis tam egregie respondet.

Nec opus est, ad explicanda varia fontium exteriorum phænomena volatilem quendam spiritum in auxilium adducere, utpote qualibet reactio, qualis in recenti fonte supponitur, potis. est, effluvia aëra generare, adeoque sola sufficit, ad omnia illa explicanda, quæ vulgo pro volatilitate illius spiritus adducuntur. Non tamen negaverim, dari fontes spiritu quodam volatili impregnatos, quod inprimis de Pyrmontano solidissime demonstravit doctissimus Leipsig.

Quod de sale alcalico statuentium sit, nonnisi timidus pronuncio, quia bene novi, multos me doctiores in diversa abire. Si mihi persuadere possum, salem, qui veras salis alcalini dotes possidet, unquam in fontibus repertum esse, si cum recentioribus statuatur, sal alcali nihil aliud esse, quam terram perpauco acido vehementissima ignis vi solubilem redditam & principio phlogisto arctissime combinatam, facile quidem concipi potest, tales materias in terra prostare, sed tum vehemens ignis, qualis ad productionem salis alcalini fixi requiritur, in viscenbus terræ conceptu difficilis est. Præterea omnia phænomena, quæ passim ab Autoribus tanquam argumenta ejusmodi salis adducuntur, a terreis et calcariis substantiis

acido

acido quodam solutis derivari possunt & debent. Selteranæ aquæ sale alcali præ ceteris celebres, quomodo tam salutares in ipsa Phthisi effectus producere possent, si sale alcali puro abundarent? qui certe non sanaret erosas partes sed magis destrueret.

Præcipua Autorum argumenta hæc sunt*. Aquæ instillatis acidis, inprimis vitrioli spiritu, effervescunt, et conflictum edunt. Sal evaporationis ope ex iis paratum iterumque solutum, syrupum violarum viridi colore inficit, & cum spiritu vitrioli in tartarum vitriolatum convertitur. Præterea idem sal solutionem mercurii sublimati aurantio colore tingit, et sali amoniaco admixtum hujus volatile liberat.

Cum spiritus vitrioli virtutem habeat, terreas solvendi, effervescentia & conflictus ex solutione terræ, quam aquæ continent, derivari poterit, eo magis quod aquæ ipsæ post instillationem & conflictum limpidiores evadant, nullo deposito sedimento, quod certo indicio est, terram fontis ab immixto acido intimius solutam fuisse. Calx viva aut creta usta, quocunq acido soluta, oculi cancrorum acido tartari soluti, alumen ustum, syrupum violarum eodem modo viridi colore tingunt, ac sal alcali purum** ergo nec hoc phoenomenon ad demonstrationem sufficit. Differentiam salis fontium a tartaro vitriolato optime demonstravit Clar: Seippius*** Figura est parallelogrammorum, crystalli ejus solo calore manus ab aqua solvuntur, solutio aëri aliquamdiu exposita, in arbusculas efflorescit, ab

* Friedr: Hoffmann: de Elementis aquarum mineral: recte dijudicand: & examinand: in opusc: phys: chym: med: Tom: II pag. 45

** Miscellan: Berolin: Tom: IV. pag. 314.

*** Neue Beschreibung der pyrmontischen Gesundbrunnen. pag. 118. — 124

morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem utriusque volum. Pol. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & 3a febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum volatile accedere.

ab alcali fixo praecipitatur, a commixtione olei vitrioli acidulus spiritus sulphur redolens adscendit, sal per se deflibatum spiritum fundit, vitrioli spiritui volatilissimo similem, igne mediocriter tenuissime fluit, cum pulvere carbonum aut aliis principiis abundantibus substantiis hepar sulphuris constituit: quae praedicata, ultimo excepto, tartaro vitriolato minus conveniunt, omnia vero ex acido vitriolico, quod terram quandam calcaream solutam tenet, explicari possunt. Si vero lubet cum recentissimo scriptore, experientissimo Gamero, alcali fixum minerale statuere, et inde phaenomena haec deducere, nihil omnino contradico. Aurantius color instillatione solutionis mercurii sublimati producitus, et liberatio volatilis ammoniacalis aeque dilucide per calcem vivam explicantur, quam per alcali quoddam fixum, uti vulgo notum est.

Sic igitur rationi consentaneum erit, inter varios modos, qui phaenomenorum causas explicant, talem adsumere, qui omnium minimis difficultatibus obnoxius est, et nihil non praestat, quod alter, insuperabiles caeteroquin difficultates secum vehens, praestare valet.

De vitriolo vel hodie adhuc disputatur, an fontibus soteriis non nunquam insit. Et certum quidem est, vitrioli minerae copiosissime fere ubivis terrarum prostare, quin et vitriolum nativum variis sub formis et lapidum atramentariorum specie saepe in fodinis reperiri. Sic igitur facile

facile evenire potest, ut praeterlabentes aquae aliquam horum vitriolorum partem solvant. Sed hoc praeterlabentium aquarum officium nonnisi adparens est. Vitrioli minerae omnium copiosissime occurrentes sunt pyritae, de quibus autem notum est, quod vitriolum nonnisi aëri expositi dimittant. Aquam solam aëris inclusi ope id nunquam praestare evincunt pyritae, quovis saxo duriores, ex alveis fluviorum aliquando deprompti, aut e terra profundissime paludosa effossi, qui vitriolum suum nonnisi post aliquod tempus, libero aëre juvante, et saepe nonnisi praevia ustulatione, dimittunt, cujus si jam ante quandam partem dimisissent, non amplius duri sed molles et collapsi fuissent. Quis autem unquam liberi aëris actionem in visceribus terrae demonstravit, nisi forte iis in locis, ubi montes vulcanij sunt, ubi quidem satis clare patet, ipsorum illorum spiraculorum ope aërem ingredi, pyritas et similes res paulatim ad incalescentiam, et denique ad flammam disponere, tunc cessantem, quando materiae igni concipiendo aptae, quae viciniam pyritarum proprio intestino et aëris motu excalefactorum occupant, penitus deflagrarunt. Jam multi dantur loci, fontibus soteriis celebres, ubi spiracula ejusmodi haud extant. Neque dici potest, extare, sed forte sensibus nostris non patere. Levera enim agnoscendae sunt praeter montes vulcanios ejusmodi cum aëre externo communicationes in vicinia eorum locorum, ubi thermae procul a montibus vulcanijs scaturiunt, docente id calore

thermar:

morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem utriusque volum. Pod. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & 3a febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum volatile accedere.

thermarum. Adeoque de iis fontibus, qui frigidissime scaturiunt, vix verosimile est, eos loca transfluere, quae aëri externo liberum aditum concedunt, quia pyritis aut similibus rebus exinde motus intestinus, a quis autem calor conciliaretur. Itaque fere a priori patet, fontes soterios frigide scaturientes loca, pyritis in motum intestinum actis scatentia, non perfluere, adeoque vitriolo ex illis pyritis impraegnari non posse. At de vitriolo nativo notum est, quantitatem, quae in terra latere supponi potest, neutiquam sufficere ad tantam fontium soteriorum copiam, quae saepe in parva distantia occurrit, qualitate sensibili imbuendam. Adde nec vitriolum nativum, nisi in fodinis, ad quas aëri externo accessus patet, aut in superficie montium et cryptis, ex superficie versus interna extensis, facile inveniri. Sic etiam aquae mere vitriolatae, aut quae vulgo ferinarum nomine veniunt, hominum pecorumque usui propter vitriolaceam naturam ineptae, raro alibi occurrunt, quam in puteis aut cuniculis metalli fodinarum, sive ad radicem montium, fodinis metallicis celebrium, adeoque aëris actioni perviorum. Hinc difficultates fere sunt insuperabiles, unde fontes soterij vitriolum mutuant.

Palmaria contra sentientium argumenta haec sunt. 1. quod fontes dentur, qui cum infusionibus adstringentium permixti, atramentosum colorem contrahant. 2. quod iisdem fontibus insit acidum, et ferrum, quae una conjuncta vitriolum necessario constituere debeant.

Ad

Ad primum sagacissimus Hoffmannus* jam diu respondit, quod vera solutio vitrioli infusion es adstringentium atro colore tingat, quod fontes medicati nunquam faciunt. Secundum levi attentione adhibita frustraneum esse cognoscitur. Fontibus ferro scatentibus terra etiam inesse. Jam si haec terra ab acido facilius solvitur, quam ferrum, vi regulae chymicae fundamentalis adgredietur terram, non ferrum. Adeoque tunc vitriolum fonti inesse non poterit. Hunc ipsum vero casum in fontibus soteriis obtinere clarum est. Nemo unquam vitriolum ex fonte martiali producere potuit.* E contra sal eductum aut fuit sali communi analogum, aut alcalinae indolis, sive ut distinctius loquar, neutrum spurium, ex combinatione scilicet acidi et terrae cujusdam ortum,** quod prae aliis experientiae doctissimi Seippii uberrime evincunt. Deinde perpendant quaeso aliter sentientes, quod pauca dentur vitriola, cupro carentia. Igitur necesse est, ut et cupri signa in fontibus soteriis se manifestent, quod nulla adhuc arte demonstrari potuit.

Ne vero ex aliorum tantum ratiociniis sapere videar, lubet experimenta quaedam adjicere, quae eum in finem feci, ut magis magisque in veritatem prolatae adhuc sententiae inquirerem. Itaque ex hypothesi aliter sentientium, vitriola martialia, quorum acidum volatile est, confuli cum variis liquoribus, et phaenomena contuli cum phaenomenis fontium soteriorum, ut de differentia aut con-

ven:

* Hoffmannus l. c. pag: 433. - 454

** Stahl: Specimin: Beecher: pag 103

morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem utriusque volum. Pod. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & 3a febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum volatile accedere.

convenientia eo certiq et facilig constet.

I/. Ochræ cujusdam circum fontem martialem Systerbecensem subsidentis ℥vj cum spiritus vitrioli volatilis ℥iij leni calore per xxiv horas digessi, unde prodit liquor flavus, quem cum aquæ destillatæ ℥iij dilui.

II/. Venæ ferri ex monte Kaschkara, in regione Tagilli fluvii exscissæ ℥j cum æquali pondere sulphuris leni igne ad consumptionem usque inflammabilis partis calcinavi, pulverem relictum in vitro clauso cum aqua destillato coquens, et factam solutionem filtro trajiciens.

Hi liquores sequentia phænomena exhibuerunt.

1. Syrupus Violarum aqua destillata dilutus, ab iis adfusis, viridem colorem subito contraxit. Mixta leni calori per duodecim horas exposita, omnem pene colorem amiserunt. Aqua pyrmontana, spadana, quin et Selterana, quales hic Petropoli haberi possunt, syrupi violarum colorem nativum ab initio exaltant, post aliquam moram superficies viridescere incipit, tum totum mixtum viride evadit. Post intervallum diei vero aut citius, si leni calori exponantur, flocci quidam ad fundum præcipitantur, et color syrupi nativg redit, uti mixtio Syrupi cum aqua vulgari abunde demonstravit. Autore Seippio l. c. pag: 147. 148. recentes aquæ Pyrmontanæ non quidem herbaceum syrupo colorem inducunt, tamen aliquantum viridem. Fontis Luhlensis

aquæ

Manuscrits du docteur Antonio Ribeiro Sanchès - page 176 sur 834

aquæ eidem syrupo obscure viridem colorem induxerunt, intra xxiv horas aliquoties cum violaceo comutatum. Comerc: Litterar: 1738. pag: 308.

2./: Syrupus aquilegiæ obscure viridis evasit.

3./: Solutio argenti instillata turbidavit liquores et in N.o 1. violaceum magma præcipitatum est. Ruhlenses aquæ prægressa lenissima turbatione colorem accipiebant rubicundum, qui sensim in Amethystinum conversus, tandem evanescebat, relicto in fundo pulvere fusco.

4./: A guttis aliquot solutionis sacchari saturni admixtis, lactescentia orta est, cum insequente pulveris albi præcipitatione, at liquor supernatans flavo colore tinctus erat. Aquæ Ruhlenses nihil penitus turbatæ sunt. l. cit: C. L.

5./ Ab infuso gallarum purpureus, tandem ater color ortus est, Aquæ Ruhlenses obscure fusco et ferc:/: adeoque non penitus:/: atramentoso colore tinctæ sunt. l. c.

6./ Ab instillatis spirituum vitrioli et salis aliquot guttis limpidiores evaserunt. Sed Pyrmontanæ exinde effervescunt. Seippius pag: 147.

7./: Ab oleo tartari et spiritu salis amoniaci instillatis subitanea subsecuta est præcipitatio, illi simillima, quæ ab iisdem rebus, vulgaris vitrioli solutioni instillatis, subsequitur. Ex aquis Pyrmontanis quidem aliquid ad fundum præcipitatur, sed præcipitatum albo colore gaudet. Ruhlenses aquæ recentes lixiviosum

inde

B.

morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem, utriusque volum. Tol. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & 3.a febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum volatile accedere.

inde accipiebant colorem, qui intra breve tempus, præcipitato ad fundum flavo villosoque concremento, admodum subtili evanescebat.

8./. Aliquot liquorum guttis infuso lacca musicæ instillatis, præcipitatio secuta est. Ab aquis Ruhlensibus coeruleus color rubicundis striis distinctus, ab aquis Pyrmontanis rubens color inducitur.

Et ex his quidem satis puto differentiarum inter vitriola & aquas medicatas elici potest. Nec jam in eo sum, ut in caussas harum differentiarum inquiram, quod forte alio tempore præstabo. Mihi sufficit, differentias indicasse. Et ne in nimis longum mea excrescat dissertatio, qualia phænomena exhibuerint varia vitriola & solutiones ferri, cum syrupo violarum breviter indicabo. Ne spissitudo syrupi experimentis officeret, unam syrupi partem, cum duabus aquæ destillatæ partibus comiscui, quod in sequentibus perpetuo a me observatum est.

1./. Guttæ aliquot solutionis martis, tum quæ cum aqua forti, tum & quæ cum spiritu salis, aut aceto facta est, viridem subito induxerunt colorem. Sed post duas tresve dies omnis hic color evanuerat, et in obscure flavum transierat.

2./. Guttæ quinque aut sex solutionum vitrioli martis, mineræ martis hassiacæ, mineræ vitrioli hungaricæ

et

et mineræ vitrioli cujusdam rassicæ, obscure viridem subito colorem induxerunt, qui post xxiv horas paulatim obscure herbaceus evasit.

3.: Guttæ quinque vel sex solutionis vitrioli veneris primo turbidum, tum dilutum viridi cæruleum colorem conciliarunt, qui tamen paulatim cum herbaceo, dilutiori tamen, ac per solutionem vitrioli martis contigit, commutatus est.

4.: Guttæ decem solutionis vitrioli albi syrupi supra scripto modo diluti, unciæ dimidiæ adfusæ, vix sensibilem ab initio mutationem induxerunt, paulatim tamen color in viridem inclinavit, donec post intervallum 24 obscure viridis adparuerit: Sed multo elegantior viriditas nata est, ex tinctura violarum, syrupo substituta.

5.: Syrupi diluti unciæ dimidiæ affundebantur solutionis ferri cum oleo tartari per deliquium, methodo Stahliana paratæ, guttæ sex vel septem, unde viridis in momento color conspectui sistebatur, qui autem brevi temporis intervallo in obscure flavum transivit.

Ex hisce experimentis, omni cura institutis, elucet, α/ omnis quidem vitriolorum allegatorum solutiones, viridem syrupo violarum colorem inducere, sed β/: viridem colorem aut permanentem esse, aut post aliquam moram γ/: penitus evanescere, aut δ/: in obscure flavum transire. Ast fontes soterii viridem inducunt colorem, verum is color post aliquam moram in nati-

vum

morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem utriusque volum. Pod. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & 3a febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum volatile accedere.

vum syrupi colorem restituitur.
Phaenomenon attentione dignum, & quod differentiam vitriolorum a ferro in fontibus soteriis soluto luculentius demonstrat, hoc est, quod doctissimus Seippius l. c. pag: 148 allegat, syrupum violarum aut succum betae rubrae, ut & succum coeruleum Heliotropii tricocci, acidulatos et hinc ruberrimo colore tinctos, ab adfusa aqua pyrmontana in nativum coeruleum colorem restitui, quod certe per vitrioli solutiones nunquam praestitum fuisse recordor. Ipse hoc phaenomenon coram intueri cupidus eram, ad quod selegi syrupum Violarum, et succum Heliotropii, utpote usitatiores liquores ad investigandam aquarum naturam adhiberi solitos. Syrupo igitur violarum cum aequalibus aquae destillatae partibus diluto aliquot guttas spiritus vitrioli admiscui, unde ille ruberrimus evasit. Syrupi hujus acidulati drachmis tribus aquae pyrmontanae sesqui unciam admiscui, unde nativus syrupi color mox rediit, ast post nychthemeri spatium cum viridi et tandem cum obscure flavo commutatus est. Sal fontis pyrmontani, quod ferrum aliquomodo solutum tenuit, cum acido :/: syrupo Violarum permixto :/: mox post confusionem junctum ferrum ex tempore dimisit, quod igitur ad fundum praecipitatum viridem

syrupo

syrupo colorem inducere nequivit. Acidum cum sale fontis in sal neutrum abivit, quod igitur syrupi colorem non amplius immutare potuit, ergo nativus color restitutus est. Mora levem in sacharo fermentationem et novum acidum generavit, quod non habens, in quod agat, ferrum ab initio praecipitatum solvit. Inde contigit viriditas quae tandem propter exsuperans acidum in flavedinem commutata est.

Spiritus fontium acidus volatilis, hanc mutationem in syrupo acidulato producere nequit, quia spiritus vitrioli volatilis, qui fontium spiritui saepe simillimus est, syrupum acidulatum colore nihil plane mutat. Nec vitriola cujuscunque sunt generis, id praestare unquam animadverti.

2. Syrupi violarum acidulati drachmas tres cum sesqui uncia aquae destillatae simplicis confudi, ut copia aquosarum partium similis esset, illi, quae supra in mixtione syrupi acidulati et aquae pyrmontanae adhibita fuit. Huic mixto duas guttas olei tartari per deliquium instillavi, et momento redijt nativus syrupi color; Nec tamen diu perstitit, sed brevi in viridem et denique in flavum colorem transijt. Aquae calcis vivae saturatissimae uncia una drachmas tres syrupi acidulati adhuc multo pulchrius nativo

morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem utriusque volum. Tod. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & 3a febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum volatile accedere.

nativo colori restituit, et multo diutius conservat.
Si syrupo violarum acidulato & cum sesqui uncia aquæ
pyrmontanæ confuso, insuper adduntur sex drach-
mæ ejusdem aquæ, idem syrupi cæruleus manet color,
nisi quod ab aquæ additamento dilutior adpareat.
Sed si eidem syrupo, oleo tartari uti in antece-
dente Io dictum, est, imbuto, & inde cæruleo facto,
admisceantur aquæ destillatæ simplicis sex drach-
mæ et duæ adhuc guttæ ejusdem olei tartari,
herbaceus in momento oritur color, qui paulatim
dilutior, et tandem ex luteo dilute viridis evadit.
Syrupi violarum acidulati drachmæ tres cum sesqui
uncia aquæ destillatæ simplicis confundantur & mix-
to duæ aut tres guttæ solutionis ferri cum oleo tar-
tari per deliquium more Stahliano paratæ
instillentur, color cærulescens syrupo restituitur,
non nisi post aliquam moram in viridem inclinans.
Quæcunque alia autem solutio ferri id non præstat.
Et ex hisce adparere puto, phænomeni rationem late-
re in perfectissima acidi saturatione, quocum syrupus
violarum acidulatus fuit, quæ ipsi inducitur a
sale fontis alcalico. Quam primum enim alcali
prædominium obtinet, viridis emergit color. Et
quod solutio ferri alcalica idem præstet, manifestum
est.

est, id illam præstare non ratione ferri, sed ratione alcali ferro adhærentis, alias quævis solutio ferri id præstaret.

Hanc explicationem addere placuit in gratiam eorum, quæ vir laude mea major, Excell: Kellnerg in Comerc: Litterar: Hebdom: XX Anni 1744 protulit, dum mirum ipsi videbatur, syrupum violarum acidis rubefactum, ab aquis pyrmontanis in nativum colorem restitui. Certum est, uti idem vir doctissimus loco citato optime monet, varias cum variis liquoribus miscelas, raro idem phænomenon producere, & fateor me diu alcalia fixa adhibuisse donec voti compos factus fuerim. Cum aqua calcis vivæ quidem facillima id opera præstatur. Sed si cum puro alcalino sale id præstandum est, oportet syrupum probe esse dilutum, ut acidum vix sentiri possit, nisi colore, deinde minima olei tartari quantitate opus est, ne alcalica vis dominari possit. Adeo Chymia minutiarum interdum amans est.

Restat pauca dicere, de infuso succi heliotropii tricocci, qui etiam lacca musica, Lacmus & Gallis Tornesol en pâte, aut en pain audit. Hæreo aliquantisper dum cærulei Tornesol

Seipp:

morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem utriusque volum. Pol. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & 3a febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum volatile accedere.

Seippius meminit, an non ille bezettam cæruleam in quibusdam Germaniæ pharmacopolijs usualem, hoc nomine intelligat. Cum hac experimenta instituere non licuit, quia hic Petropoli non prostat. Habetur autem succus Heliotropii tricocci & vulgo in frustulis quadratis venalis est, sub hac quidem forma sicca satis coeruleus. Hunc experimentis adhibere eo minus dubitavi, quo certius memini, etiam alios, præclaros cæteroquin viros, eundem ad scrutinium aquarum mineralium adhibuisse. Infusum hujus succi utut saturatissimum, si ad lucem specletur, mihi nunquam alio colore imbutum visum est, quam egregie purpureo, fere carbunculi instar, qui a quibuscunque spiritibus acidis, ut et a solutione Aluminis in coccineum mutatur, ab alcalibus fixis et volatilibus magis exaltatur & aliquomodo cærulescit, a solutionibus vitriolorum quorumcunque, scil: albi, martialis et venerei, ut & a solutione martis in aqua forti, vario intensitatis gradu obscurior evadit, & fere coccinellæ instar tingitur, et ex iis propter alcalicas substantias, in præparatione hujus pigmenti addi solitas, metalla aut mineralia, quibus scatent, citius aut tardius, prouti vis acidi major est, præcipitat, ex vitriolis martiali

Manuscrits du docteur Antonio Ribeiro Sanchès - page 184 sur 834

martiali & albo quidem flavescente, ex solutione martis in aqua forti rubente, ex vitriolo veneris viridante colore. Solutio ferri alcalica infusum hujus succi obscurius tantum reddit, sine praecipitatione. Porro aqua spadana recens :/: nam Pyrmontana non praesto erat :/: illud rubicundius reddit, manifesto acidi in illa signo. Idem pyrmontanam praestare ex Seippio retuli. Cum autem aliquamdiu aqua spadana cum infuso permixta stetisset, color hujus obscurior factus est, non tamen caerulescens.

Infuso ejusdem succi per aliquot guttas spiritus vitrioli rubor conciliabatur. Huic admiscebatur aqua spadana varia proportione, ad septem usque uncias, at nullo modo pristinus color restitui potuit, tantum color ruber aliquantum obscurior evasit, cum tamen per quodcunque alcali fixum & volatile et per solutionem ferri alcalicam, quin et per saturatissimam calcis vivae aquam & per sal fontis Selteruni facillima opera restitui possit.

Nullus fere dubito, quin Pyrmontana aqua idem phaenomenon exhibitura sit, cum multis in rebus cum spadana ipsi conveniat. Forte succus heliotropii unus prae altero magis caeruleus est, forte

Cl: Seippio

C.

morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem utriusque volum. Tod. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & 3a febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum volatile accedere.

Clariss: Seippig, uti supra suspicatus sum, bezettam caeruleam ad sua experimenta adhibuit, unde differentia phaenomenorum repeti poterit. Quare experientiam doctissimi Seippii in suspenso relinquo, comendans iis, qui occasionem nacturi sunt, fontem Pyrmontanum in ipso loco, quo scaturit, scrutandi, ut verae hujus phaenomeni circumstantiae in aprico ponantur. De infuso tam en succi heliotropii acidulato in antecessum opinor, acidum ipsius fontis, et recentis quidem potiori jure, impedire, quo minus pristinus color redire possit.

morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem
utriusque volum. Pod. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in qua infunduntur, & 3a
febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum
volatile accedere.



Scripsit D. Model

Pharmacopola Imper. Russiae

Tinctura Antimonii vera, l. nigra, item Tinctura mineralis amara.

℞ ☉ii purissimi p. j. vel ℥j

pset: & fluat in tbulo deinde p vices adjiciet

Oi purissimi depur: ℥j. l. ℥ij.

Sine in fluore p quadrant: hor: effundet in mortario, erit mãa fragilis, lucida, quae dicitur

Regul: ☉ii medicinalis. jam

℞ Hujus Reguli puri. p. j.

irrorat cum liquoris Oi fixi boni noti. partibus duabus

Stent in digestione loco tepido, l. in arena, caveat in ne ferveat, usq ad exsiccationem, deinde cum Rect: ♃ato, extrahat Ra.

73

morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem, utriusque volum. Tod. Medicina

Pedra de cananor

Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & ad febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum volatile accedere.



morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem
utriusque volum. Pod. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in qua infunduntur, & 3a
febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum
volatile accedere.





Quum non ita pridem, circa rectificationem Olei sic dicti Animalis Dippelii occupatus, animum inducerem, facere periculum; Annon liceret faciliori quam hactenus innotuit via, adhibitis quibusdam encheirisibus ejusdem sistere elaborationem, hinc vires meas tentare mecum constitui, in quantum vero operi huic ferendo, pares fuerint, nec ne, sinceris & expertis lubens relinquo censoribus. Suppono vero neminem tyronem licet chymiae fugere posse, nihil aliud sub hujus olei animalis nomine intelligi, ac empyreumaticum illud, mediante fortissimo igne, e solidissimis animalium partibus, vel juxta Dippelium, ejusdem propalatorem & praeconem e Sanguine Cervi elicitum, idque reiteratis rectificationibus adeo cohobatum, ut tandem sequentia acquirat signa Characteristica, & quidem. 1. Colorem limpidissimum. 2. Odorem suavem vel minime non ingratum. 3. Saporem aromaticum. Hinc facile patebit, quantum non solum operae & laboris, sed etiam ad perficiendum hunc laborem requiratur dispendii, dum eidem testantibus, id solertissimis, & exercitatissimis chymicis, Hoffmanno, Junckero, Boerhavio, vix sedecies, quin vigesies; cum totidem novis vasis vitreis institutae sufficiant destillationes: juxta Cel: Lincklum

14

morial de Varios simplices par Curvo, ad calcem utriusque volum. Pod. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & 3a febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum volatile accedere.

vero, illig ex oleo Cornu Cervi, tam difficilis sit praepa-
ratio, ut referentibus id Collectaneis Uratislaviensibus
ad sui elaborationem saepig dimidii Anni requirat termi-
num. Verum enim vero, quum haec omnia me à semel proposito
minime deterrere possent scopo, hinc pro subjecto meo,
partim dum alia deficerent, partim dum una, eademq
quae eligerem, judicarem olea, oleum selegi Corn: Cervi,
Quum enim jam diu mecum, tot, tantasq repetitas
rectificationes reputassem, superfluas simulq firmiter
persuasus essem, certam tantum modo portionem subtilioris
cujusdam olei :/: quod quasi ut cum Boerhavio
loquar, Spiritus ejusdem rector sit :/: huic inesse
posse, quo separato, partes remanent terreae, cum oleo
crassiore resinosae indolis, hinc hisce suffuetus rationibus
laborem sequenti prosecutus sum methodo. Comisi nempe
olei praedicti C. Cervi empyreumatici nigri ℔ij retortae
probe depuratae vitreae, collum retortae moderato calescen-
sivi igne, quo oleum in eodem haerens liquefieret, reliquum
vero baculo linteo in fine obvoluto omni studio abstersi,
tandemq receptaculo adaptato arenae imposui. Postridie
ejus diei admato lento ignis gradu, destillationem
omni adhibita cautela institui, circa quam sequentia

mihi notare licuit, & quidem 1.mo quam primum retorta calescere incipiebat, collum ejusdem quasi rore obduceretur, hinc inde sudabat, sal vero volatile siccum ad latera tam recipientis, quam colli retortæ apparebat, transtillante simul aqua, vel phlegmate, quibusdam olei guttulis mixto, collecto sic in recipiente olei pauxillo & ℥ij circiter aquæ, idem cum alio receptaculo mutavi, leniq sic ignis gradu continuato, nactus sum Zelo. oleum magis quidem priori limpidius, attamen aliqualiter tinctum, insimulq pauca quantitate aquæ & salis volatilis mixtum, cujus cum potitus essem ℥viij, receptaculum iterum mutavi, & sic admoto paulo fortioris ignis gradu ʒ/: elicui olei magis tincti, quin crassioris & foetidi ℥vj remanente in retorta massâ asphalto simili, pondere ℥vj. Hac destillatione peracta oleum N.o 2. iterum retortæ novæ comisi, & cum jam animadvertissem, oleum hoc transtillatum flavum suum colorem, maximam partem ab illa olei mutuasse quantitate, quæ collo retortæ adhæret, dum ipsi comittitur, collum hoc tam calefaciendo, quam abstergendo, uti jam monui, purgare studui, deinde vero laborem meum, methodo jam indicata prosecutus sum, nempe ex arena lenissimo ignis gradu, & sic animadverti, dum receptaculum in hac nova cohobatione, ut antea primum mutarem, numquam collum

morial de Varios simplices par Curvo, ad calcem utriusque volum. Pod. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & 3a febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum volatile accedere.

retorta adeo ab omni inquinatione purgari posse, quin olei aliquid empyreumatici remaneat, unde tamen postea olei transfillati unice dependet. Quod enim hoc verum sit, inde edocemur, quia quam primum collum, hoc tam calore quam abstersione, illico post immissionem facta, nec mira a vaporosa exhalatione, destillatione incunte, plane purgatum & purig redditum, oleum tandem adeo limpidum prodeat, ut dubig hæream, an aqua illo limpidior esse queat, odoris quidem penetrantissimi, minus tamen ingrati. Olei hujs circiter ℥ij obtentis, receptaculum secunda vice mutavi, & quamvis ab initio aliquam adhuc olei limpidissimi portionem acquirebam, tamen mox magis tinctum & crassis priore sequebatur, quod cum crasso illo oleo ℞ 3. comiscui, de quo quid cum illo fecerim posterum indicabo. Interim spero neminem fore, qui mihi imputare poterit, quod hoc desiderato & insperato eventu nimis forsan delectatus fim, ut enim vera fatear, diu ipse dubig hæsi, an etiam hoc oleum, ob nimiam suam limpiditatem verum sit oleum, an modo spiritus uriosus volatilis, interim examinibg quibuscung eum

eo institutis, verum & genuinum esse deprehendi. Attamen curiositate stimulatus, novam adhuc illius e nova retorta adornavi rectificationem, observatis singulis quas passim indicavi encheirisibus, & sic iterum oleum illud limpidissimum terrae admodum pauca relicta obtinui. Evenit postea ut oleum hoc Amico cuidam in chymicis non parum versato N. N. Dieterich Pharmacopeio imperiali hujus loci, cujus opera & labor in parando hoc oleo mihi jam jam notus erat, ostenderem, qui haesitabundus, oleum hoc contemplabatur, mox vero me praesente, aliquot guttulas aquae frigidae infundebat, Ast vero innatabat illi, totam ejus superficiem cuticula ad instar Iridis cingendo, simulque odorem penetrantissimum per totum conclave, de se spargendo, sensim sensimque vero intra breve temporis spatium in auras volando. Alius vero cui idem innotescebat, productum hoc minime verum oleum animale Dippelii haberi posse, exinde autumabat, quia absque multis iisque taediosis & pretiosis rectificationibus paratum esset, hinc me experimentis meis, solum fidere videar, aliorum judicia publica hoc meo scripto super hanc rem! quae vera vel falsa ipsi insint, humillime expetere cogor, nihil

morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem utriusque volum. Pod. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in qua infunduntur, & 3a febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum volatile accedere.

enim mihi obstare videtur, an unica l. duabus saltim, l.
decies aut vigesies reiteratis destillationibus. hoc oleum
productum sit, nec non, modo possideat qualitates requi-
sitas; totus enim hic labor ex mea sententia nil nisi
separationis species est, hinc etiam tritum illud: quod
potest fieri per pauca, non debet fieri per plura,
juxta meam sententiam optime huc quadrare persuasus
sum; nec melioris valoris, & hac mihi videtur oppositio,
quod mercurius dulcis, per pluries repetitas sublimationes
evadat melior & purior, quum hunc laborem, nostro vix
opponi posse unusquisque videat; ipse enim non nescius sum,
quod ignis admodum multum, tam in transmutationibus
corporum speciatim solidorum, quam in repetitis cohoba-
tionibus aquarum valeat, cum in posteriori aqua menstrua
quasi loco semper quasdam salino = sulphureo = oleosas par-
ticulas solvat, & usque ad saturationem secum rapiat, interim
hac in re, ubi ignis meram separationem, nullam vero novam
productionem efficit, longe aliter rem se habere, & quidem
ex sequentibus causis, usque dum meliora edocear credere
teneor. l. enim ignis minor gradus in corporibus fluidis sine
aliis additionibus, non nisi expandendo & separando agit,
Zel: Persuasum habeo jam jam certam quantitatem olei

desiderati subtilioris, in oleo purificando latere, qd non prius per artem, uti alia salia volatilia produci, sed tantum modo separari debeat, ¶. Certum enim est in partibus animantium numquam formale inesse Sal verum volatile siccum, sed tantum materialiter, i. e. partes ejusdem constitutivas demum ope ignis producendas, 3. Ipsa sana ratio dictitat, quod hæ rectificationes, ob nullam aliam causam instituantur, quam ut purior & subtilior pars secernatur a resinosis crassioribus. Certam enim hujus olei subtilioris quantitatem tantummodo adesse, ex eo elucet, quia Oleum illud N.º 3. quamvis dein sexies 1. octies rectificatum sit, nihilominus graveolentiam suam, una cum tincto & fusco colore retineat, quin si etiam in ipsa destillatione, quam paulo post eandem, illud non adeo tinctum se sistat, tamen post aliquale temporis spatium in nigerrimum se mutet colorem. Cum e qtra Oleum subtilissimum per totum annum limpiditatem suam servet, modo aëris liberior impediatur accessus, hinc etiam Vir cujus jam antea mentionem feci, illum spurium esse æstimabat, quia ut verbis illius utar, Oleum illud quod H... transmissum acceperat, flavum non vero limpidum fuisset; Attamen & hoc nequaquam me permovere potuit, ad permutandam semel serio amplexam veritatem & sententiam, quia neglectam purificationem colli retortæ, & posthabi-

morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem utriusque volum. Pol. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & 3ª febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum volatile accedere.

sæpiꝰ repetendam, sub ipso destillationis actu mutationem receptaculi, in causa esse arbitror, quare plurimi solertissimorum Chymicorum tot rectificationes exegerunt & adhuc exigant. Interim libenter aliis me addicam, qui certis argumentis me convincent, tot & tantas cohobationes, ad augendam virtutem hujꝰ olei absolute esse necessarias, caveant tamen ne per tot repetitas destillationes, neglectis debitis encheirisibus plus perdant Spiritus Rectoris subtilissimi hujus olei, quam meliorent: paucis quis Spiritum vini rectificatissimum certis encheirisibus, unica quidem destillatione prolicitum, interim illi sæpiꝰ rectificato ex omnibꝰ similem, ideo pro vero & genuino non agnoscet, quia contra morem solitum, non ber, quater, vel sexies rectificatum! me judice nemo? Interim & id meis hucusq; prolatis abunde suffragatur, quod nullibi Chymicorum optimi, mentionem faciant has destillationes ratione augmentandi vires necessarias esse, sed tantum limpiditatis, & licet Celeb: Hoffmannꝰ, in observationibꝰ = physico = Chymicis illis aliquid attribuere videatur, cum pag: 54 ait „quam crebra & reiterata rectificatio ipsi conciliat„ attamen legenti tam ex antecedentibꝰ quam sequentibꝰ clare patebit, Celeberrimum hunc

virum repetitis destillationibus, nihil aliud imputare quam olei subtilissimi per easdem separationem, quum omnem effectum unice in subtilitate partium sulphurearum i.e. oleosarum positum esse pronunciet. Tandem addidamenta varia, de quibus multi se jactant, alto premimus silentio, cum ex dictis sufficienter liqueat, haec non solum haud adeo necessaria, sed plane superflua, quin saepius plus noxia esse. Finis.

morial de Varios simplices per Curvo, ad calcem, utriusque volum. Pod. Medicina

Pedra de cananor — Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & 3a febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolum volatile accedere.


Dyssertatione
a D. Model
Petropoli

1748: Jan. 8.

100

Pedras de Cobra	in Epistolis Patris Feyppo: tom. 2º Legi hos lapides nihil aliud esse praeter Cervi tostum, (tostado) qui vulneribus serpentum, Carbunculis, vulneribus hydrophobiae adpliciti mirifice conducunt & sanant: dum haerent relinquendi: lacte lavandi: & denique egilida postquam a vulnere decidunt: Ee necessario experimentar
in Demersos.	Ibidem Multos demersos perfrictiones, topica calida, aerem in glotidem inflando in vitam fuere restitutos. | perfumū tabaci in anum ope follis infusum
3ª. hemorrhagiam	Χυλοπεταλου —— cum pil. ex terr. jap. mastich. myrrh. balsam. per. rheo
Ischuria	Radicis ex India ad lata infusum: quaerendum in curvo semedo
	Remedia in comm. vulgo Memorial de varios simplices per Curvo, ad calcem utriusque volum. Tod. Medicina
Pedra de cananor	Sunt lapides virides: in aqua infunduntur, & 3ª febres & ophthalmias: videntur vires ad vitriolū volatile accedere.

1748

Jan. 9

Pedras Candar: vulgo Quadrada. — Dis que os Jogues as trazem dos fins da Tartaria e as dão em infusão nas inflamaçoens & Suppressão

Pedra de Cobra de Dio — Applicita morsibus venenatis, et canibus rabiosis prodesse aiunt.

Pedra Pau Zari — Ex Babilonia adportari ait: forma olivae sunt: si supra renes fuerint impositi Calculos frangere & expellere: oh! si Verum & obtinuissem quando Pot.ss. Augustam Annam tractabam?

Caranguejo de Aynão. — In insula prope Pekin inveniuntur, & pulveres, & infusunt prosunt: remedium in Creta marga ubi ferri particulae sunt.

ossa vertebrarum serpentis Zuchi vel Zuichi — Collo suspensa scrophulas curare.

Radix Manica — Angolae vernacula: in pulv. ad ℈j in febribus Intermittentibus exhibetur. externe contra putredinem Scorbuti, & Ulcerum in pastam redacta: interne in multis aliis nibis.

Rais da Madre de Deoz. — hujus gr. 20 in aq. fabar. vrinam suppressam pellit. etiam in febribus: in Cephalia externe forma pastae cum Succo Citri factae: & in Inflamationibus internis

Rais de Solor — Praestat in iisdem morbis

Rais da Calumba: in febribus infusum valet: In doloribus colicis, praesertim Mordechim: tam calidis, quam frigidis
In Ischuria, prius vomitorio, repetito, S. Missionibus infusum: in Partu difficili: in morsibus venenatorum

ani —

1748
Jan. 9

retro ex Calumba	animalium: & inveneris interris praesim opio, quod si cum oleo Olivarum hauritur lethale venenum est, ait Curvo. Mentruis ciendis: per 8 dias assidicos: In dolore dentium cavo eorum radicem indere. Erysipelati cum Succo Citri, herpetibus: flatibus, in pulvere Eum Vino
Radix Sapuche	alexipharmaca: serpentes fugat; ait incoherenter Curvo.
Rais de João Pinhr.º Lopper	Doloribus externe applicata & ~~vul~~ vulneribus ulceribusque prodest.
Rais Divina	Nace perto de Setuval nos areas; ~~areas~~ he avermelhada: vi a Eum que atomava com azeite nos pleurizes em Portugal e se Curava.
oleo de Elefante	he hum oleo que se derrete da moéla dos ossos dos ~~pes~~ 4 pés do Elefante pendurados, e o que se derrete apanhado e guardado em vidro: na asthma esfregasse o peito por muito tempo e Securão.
Pao de largis	He hum pao que vem da Persia: a sua infuzão he boa Contra a Ictericia.
Coco de Maldiva	alexipharmaco
Coquinho de Melinde	
Rais de Mil homens	vem do Brazil. he amarguissima Como experimentei. parecame divino remedio, donde seja necessario mover, aquecer, produzir o fel.

1748
Januar.
9

Pais do Quey =10.	Os Seos pos misturados com sumo de limão e deytados nos olhos fazem acabar o accidente da gotta coral may sedo ou immediatamente. mas tanto peyor; e a razão he clara
Lignum Angariari	Vem de Angola (tenho hum pedaço.) tão bem ha frutto. Os fruttos são estimados para provocar ourina e dizem quebrar a pedra dos rins: dasse tão bem nas hydropesias: deste pao ou frutto se tomão duas octavas em po limado em ℔ IV aqu. ebulliant postquam per 24 hor. infusa fuerint ad ℔ iii exhibe. dos ℥ VI. tepide bis ter ve di die: in Ischuria vomitus, & S.M. praecedere debent. Curvo, pag. 21. l. alleg.
Unicorno	da ave chamada Inhuma, ou Anhuma
	ex Brasilia: oritur vel fronte vel in alis: alexipharmacon: praesertim con tintinabuli serpentis venenum, epoptum.
veneni vireę serpentis tintinabuli.	ibid: demorsus homo ab hoc serpente tunc sanguis fluviatim ruit per omnes corporis meatus ~~me~~ oculos, nares, os, virgam, anus, auditum: hic vera haemorrhoeus Lucani
Iamvarandim Radix	Alexipharma: Contra morsum serpentis

Atramenti Sinici — in ophthalmiis, & in hæmophthisi prodest.

Radix canará: Vem de Angola: in febribus quibuscumque præsertim intermittentibus: infundenda parum est: in pulv. ad ʒiß redigenda & haurienda.

Ponta de Abada, seu cornu Rhinocerontis est antihelminticum: in anginis forma pastæ externe adplicatur.

Herba Guitambata: Crescit, puto Angolæ; repit humi: folio parvo, flore parvo & albo: est adstringens: potenter valet ~~[illegible]~~ in dysenteria pulv. data.

Radix de Onça: eu ative: valet in pulv. redacta in Empiematicis.

Liv. { Estevão Rodrigues de Castro: opusculum de mutatione aliorum morborum in alios: in IV lib. divisum. Medicinæ studiosis valde utile. Florentiæ apud Petrum Cecconcellium 1627. 12º & Francof. apud Joan. & David Zanerum 1646 2º ibid. 1667. Hæc Diogo Barbosa Machado na Biblioth. Lusitan. tom. 1. fol. 761.

§ Nicolas Anton. Tom. 2 Bib. Hyp. pag. 235 Quæ ex quibus, sive de mutatione morborum &ª

